



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

3. Novembris. 3. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

go his monitis tuis diligenter obtemperarem, mihi que sapientius occine rem illam Christi Servatoris sententiam: Quid prdest homini, si totum mundum lucretur, anima vero suae detrimentum patiatur?

S. BERNARDUS, s. 2. de Nas.

Agnosce o homo dignitatem tuam. Magna agnosce gloriam dignitatis humanae. Est enim tibi cum mundo corpus: sic enim decet eum, qui constitutus est super universam hujus creaturae corporalem molem, aliqua ei similari ex parte. Sed est tibi etiam sublimius aliquid, nec omnino comparandus es ceteris creaturis: compacta & confederata sunt in te caro & anima, illa plasmata, haec inspirata.



3. Novembris. 3. Nonas.

S. MALACHIA, Archiepiscope Obiit
S. Hyberniæ: qui naturæ & gratiæ anno
præclarissimis donis jam in matris piæ
gremio plenus, studiorum palæstrâ
feliciter superatâ, florens juvenis con-
sortium amavisti Anachoretæ cuius-
dam, cuius rigidissimam vitam nemo
erat, qui non horret. Sed animi ro-
bore se-

360 ANNI CISTERCIENS.

Tyroci- bore severitatem vincente non perdu-
cinium rasti duntaxat, sed & statim alios in
sancti- disciplinæ sanctioris societatem ad-
moniæ duxisti. Ab his latebris te loci E-
ponit. piscepus produxit, suoque lateri ad-
 movit: tanto suorum fructu; ut cum

Egregiè gens illa barbara vix rituum Christia-
in Vi- norum haberet notitiam, mox tuâ in-
nea Do- dustriâ viderit in templis aras, fre-
mini o- quentaverit S. Confessionis tribunal,
pera- agnoverit matrimonii leges, & facti
tur. ex lupis oves pastorum vocem prom-
 ptissimè audirent. Fidem plebis con-
 firmabant prodigia, quibus mutos, a-
 mentes, aut alio gravi morbo labo-
 rantes sospitate donâsti. Quibus per

Pi-dro famam divulgatis Lesmoriæ Episco-
gijs cla- pus diu tuâ operâ usus est, donec pri-
rescit. mûm ad Conneretensem, ac deinde
 ad Ardinacensem Archiepiscopatum

Pessimā vota Regis, Cleri, & populi te voca-
confue- verint. Remorabatur assensum præ-
tudinē visus ingens labor, quem detestabilis
tollit. consuetudo objecit, cuius vi certa fa-
 milia in eam cathedram hereditate
 succedebat. Huic abrogandæ cùm
 modestia tua manum admoveare nol-
 let, nec pars adversa cedere, Deus
 litem diremit, sublatis e vita Simonia-
 cis illis fulmine, peste, aliisque morbis,
 uno relichto, qui damnis alienis sapere
 tergiver-

tergiversabatur. Hunc tamen in ipso
insidiarum loco, in quem te trucidan- *Adver-*
dum invitaverat sub specie amici, sola *sarium*
præsentia mutasti in alium, ipsomet *vincit*
metamorphosin suam mirante, qua *mansu-*
nihil minus voluerat. Honorem ta- *etudine*
men tot laboribus & periculis acqui-
situm in alterius humeros devolvisti,
contentus Insula Conneretensi, mini-
ma parte Dioecesis. Pulsabat inter hæc
animum fama BERNARDI, quem *Habitū*
in itinere Romam versus instituto in Cister-
Claravalle sua invisens, charissimum *censem*
ab eo donum, sacram vestem Cister- *assumit*
censem, consueto tyronum ritu susce-
pisti. Romæ auctus munere Legati
Apostolici in Angliam redux ipsum
penè BERNARDUM patratione *Ingen-*
*miraculorum superasti. Admiratio*ne *tia pro-*
illud præ cæteris dignum, quod in *digia.*
Cæmeterio à terribus Ecclesiasticis sa-
crato multis postmodum annis ex illi-
us glebæ contactu innumeri remedium
contra omne morborum genus ab-
stulerint. Ordinis Cisterciensis Mona-
chis totam pene Hyberniam implevi. *40 mo-*
naste-
sti, erectis non minus quadraginta *ria co-*
Monasteriis. Sed ut Melliflui Docto- *struit.*
ris verbis res infinitas compendio
complectar. [Non defuit tibi Prophe-
tia, non revelatio, non ultio impio-

Qq rum, non

362 ANNI CISTERCIENS.

*Infig-
nes ej^o
viriu-
tes pre-
dicat S.
Bern.*

rum, non gratia sanitatum, non deni-
que suscitatio mortuorum: non pro-
funda humilitas, non zelus cum since-
ra discretione, non paupertatis amor,
non vitæ austritas, non perfectissima
ubique conformatio tuæ voluntatis
cum Divina.] Hæc denique implevit

desiderium unicum cordis tui, quo an-
helabas ad mortem in Claravalle, die
*Mori-
deside-
rat in
Clara-
valle.*

Commemorati fidelium defun-
ctorum sacrato excipiendam. Illuc
ergò festinatis itineribus denuo pro-
fectorus præsente dulcissimo B E R-
NARDO ita placidè spiritum emisi-
sti, ut nisi spirare desisses, nemo te

mortuum crederet: adeò nulla serenæ
frontis, nulla vividi coloris apparebat
mutatio: animæ jam in cœlo beatæ
pulchritudinem repræsentante corpo-

*S. Ber-
nardo
Sacrifi-
canti
glorioj^o
appa-
ret.*

ris specie. Id Mellifluus Abbas divini-
natus cognovit in Sacrificio, quo tibi pa-
rentabat; dum pro oratione in func-
tionali sacro consuetâ decantabat aliam
de Confessore Pontifice, jam inter
sanctos relato. Is duplice etiam argu-
mento ostendit amorem, quo te am-
pletebatur, permutatâ tecum tunicâ,
in sua te terræ commendans, in tua
verò moriturus. Nobili dein panegy-
rico, quo sanctissimæ vitæ seriem sy-
lo (altiori non potuit) suo digestit, &
nominis

nominis tui famam cum immortalitate transmisit ad posteros. Arripio nunc ego ex Mellifluis eiusdem de te verbis materialiam, qua te alloquar. Esto mihi alter Elias, impatiens & de spiritu tuo mihi, Verba ipsius enim in spiritu & virtute venisti. S. Bern. Vita tua lex vitae & disciplinae; mors tua Mala-mortis portus, & porta vitae. O luminare lachia. magnum & lux in tenebris lucens, signum radij & meritorum, illuminans carcerem, laetificans civitatem. Benedixisti moriens Bernardo, benedic & mihi morienti.

S. BERNARDUS, ser. I. de S. vict.

Studeamus moribus conformari, cui in Imitatione mirabilibus similari. et si volumus, non virtualemus. Emulemur in viro sobrietate, um victum, devotum affectum, mansuetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatem.



4. Novembris. Pridie Nonas.

B. TEZELINE, venerabilis senex. Floruit Claræ vallis, qui ultimis vitæ annis anno gravi morbo afflicsus, & quanquam dolorum tolerantiâ meruisti, ut Mater totius consolationis, circumdata An-

Qq 2 gelorum